Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et nos. Et ait illis. Nemine
concuatis. neq; calumpniam
faciatis: et contenti estote si
pendijs vestris. Existimante autem
populo et cogitantibus omnibus
in cordibus suis de ioanne ne
forte ipse esset xpus. Respondit
ioanes dicens omnibus. Ego quidem
aqua baptizo vos. venet
autem fortior me post me cui
non sum dignus solvere corrigiam
calceamentorum eius. Ipse
vos baptizabit in spiritu sancto et
igni. Cuius ventilabrum in
manu eius. et purgabit aream
suam. et congregabit triticum in
horreum suum. paleas autem com
buret igni inextinguibili.
Multa quidem et alia exhortans evangelizabat populo.

Dominica secunda.

Populus syon ecce dominus veniet ad sal
vandas gentes et auditam faciet dominus gloriam vocis suae in letitia
cordis vestri. Ps. Qui regis israel in
tende qui deducis velut ouem ioseph.
Oratio. Deus corda nostra
ad paranda venientis
filij tui viam. ut per eius adventum purificati tibi mereamur servire mente pura. Qui te. Ad
Romanos. Quecumque
enim scripta sunt ad nostram
doctrinam scripta sunt. ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Deus
autem pacis et solatij det vobis
id ipsum sapere in alterutrum
secundum iesum xpm. ut unanimes
uno ore honorificetis deum et
patrem domini nostri iesu xpi. Propter
quod suscepit nos deus: sicut et
xps suscepit vos in honorem dei.
Dico enim xpm iesum ministrum
fuisse circumcisionis. propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum. gentes autem
super misericordia honorare deum sicut
scriptum est. Propterea confitebor
tibi in gentibus domine: et nomini tuo
cantabo. Et iterum dicit. Letamini
gentes cum plebe eius. Et iterum.
laudate omnes gentes dominum: et
magnificate eum omnes populi. Et
rursum ysaias ait. Erit radix
yesse et qui exurgit regere gentes. in eum gentes sperabunt. Deus
autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo. ut habundetis in spe et in virtute
spiritus sancti. Gr. Ex syon species decoris eius. deus noster manifeste veniet. V
Congregate illi sanctos eius qui ordinaverunt testamentum eius super sacrificia.
Alla. V. Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. V
Stantes erant pedes nostri in atriis tuis
Hierusalem. Tract. d. i. S. lucam. erunt
signa in sole et lu
na et stellis et in terris pressura
gentium. prae confusione sonitus
maris et fluctuum arescentibus
hominibus prae timore et expectatione. que superuenient universo